



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 23. Pacta Pontificem inter & Græcorum Imperatorem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

*E*suscipiatur, *E*s ita profitemur, quod Spi- Sæcul. XV.  
ritus Sanctus ex Patre *E*s Filio æternaliter A.C. 1439.  
*est, E*s ex utroque æternaliter tanquam ab  
uno principio, *E*s unica spiratione procedit,  
declarantes, quod id, quod sacri Doctores *E*s  
Patres dicunt ex Patre per Filium procede-  
re Spiritum Sanctum, ad hanc intelligentiam  
tendit, ut per hoc significetur, Filium quoque  
esse secundum Græcos quidem caussam, se-  
cundum Latinos vero principium subsistentiæ  
Spiritus Sancti, sicut *E*s Patrem. Et quo-  
niam omnia, quæ Patris sunt, Pater ipse u-  
nigenito Filio suo gignendo dedit, præter  
esse Patrem, hoc ipsum, quod Spiritus San-  
ctus procedit ex Filio, ejus Filius a Patre  
æternaliter habet, a quo etiam æternaliter  
genitus est.

### §. XXIII.

#### Papa Pontificem inter *E*s Imperato- rem Græcorum.

Imperator, prius quam hæc formula ab  
utraque parte acceptaretur, & propriæ  
manus subscriptione firmitatem obtine-  
ret, de subsidiis sibi necessariis cum Pon-  
tifice pacisci constituit. Quare Russiæ  
Archiepiscopum destinavit, qui cum Euge-  
nio hac super re conferret. Papa Archie-  
piscopum unacum tribus Cardinalibus *Acta Graeca*  
remisit, ut Imperatori nomine Eugenii *Conc. Fior.*  
sequentia promitterent. I. *Beatissimus* *to. 13. Cons.*  
*Hist. Eccles. Tom. XXVII.* F f Pater *Labbe p. 436.*

Sæcul. XV. Pater in præsenti sumptus tibi dabit, qui satis, ac triremes ad redditum totius tuypuli, & Orientalis Ecclesiæ Constantinopolim. II. Trecentos milites custodiae urbi, qui Beatissimi Patris sumptibus perpetuamentur. III. Suis sumptibus triremes daturamento ejus præsto erunt. IV. Hierolymitana peregrinatio fiet Constantinopoli magnæque triremes, quæ navigantes sepulchri vivifici adorationem vehunt, Constantinopolim venient. V. Cum opus erat Imperatori longæ naves ad subsidium, sumptibus Papæ dabuntur viginti armatae menses sex: si autem velit decem, per annas eas habebit. VI. Si opus erit illi exercitus, & copiæ, Papa sollicitabit, ut Christianæ gentes subsidio illi vniuant.

#### §. XXIV.

*Omnis Latinis uniti, excepto Marr  
Ephesino.*

*Ibid.p.487.* Pactis hisce utrinque firmatis, Imperator postera die feria quarta, quæ erat tertia mensis Junii, omnes Graeci ad domum Patriarchæ convenire iussi, ubi cuncti in Patriarchæ sententiam ierunt, & ipse eam sequentibus enuntiavit: *Quoniam Latini non ex seipsis, sed ex sacris Scripturis exponunt, processionis Spiritus Sancti esse etiam per Filium, affir-*